027

carne quam adsumer& ad caelos ascendere deber& praedixit. sed rex
impius hoc minime intellegens. dixit. Non petam & non temptabo dnm:
hoc non humilitatis. sed superbiae responsio est. quod non uult signū
iussus a dño postulare. qui oboedientia debuit explere praeceptum.
quod si peteret. accepturus esset & magis per eum dñs glorificaturus.
Sed qui idolis seruiebat & demonibus. noluit signum glorificationis audi
re dñi. & ideo propheta ad populum uertit sermonem dicens. Audite ergo
domus dauid. Num quid parum uobis est molestos esse hominibus. quia
molesti estis & dō meo. Id est quia non solum prophetas persequimini
& eorum dicta contempnitis. sed praesentis & uocantis uos di sen
tentiae resistitis. & contentiose dño dō uro colla non subicitis.
illo uolente curare uulnera ura. uos respuitis sanitatem.
Propterea dabit ipse dñs uobis signum. Ecce uirgo con
cipi& & pari& filium. & uocabis nomen eius emmanuel.
butirum & mel comed&. ut sciat reprobare malum & ele
gere bonum. O nouum signum predictum & scto prenun
tiatum a dño. quia dñs fortis & potens. dñs fortis in bello.
Dñs uirtutum ipse ē rex gloriae. Ipse in uterum uirginalem
pro nra salute descendere se promisit. sicut & gabrihel an
gelus ad mariā dix. Sps scs superueni& in te & uirtus altissimi obumbrauit tibi.
Quod enim ex te nascetur scm. uocabitur filius di. Unde & emmanuel.
id est nobiscum ds. Nunc per prophetam uocatur. & per angelum ihs
id est saluator. quia ds ipse descendit ad omne humanum genus libe
rare. & saluare quod perierat. & ad caelestia regna nos reuocare.
unde fuimus expulsi. per culpam primi parentis nri. Nunc ergo
diem conceptionis dñi uenerabiliter caelebrare debemus. compti q;
& nitidi in anima. nos obuiam dño aduenienti praeparemus.
Quia si dies sollemnitatis istius conceptionis dñi transit. tamen
si caste. & iuste. ac pie. cum omni humilitate. & modestia uiuere

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc427/0059